

π c
1820





QK. 534, 32

B. m. II

II c
1820


Georgius Sibutus Dari

pinus Poeta et Orator Imperatoris manibus
laureatus astipulatur puella que hesternae luce sum-
mam felicitatem in matrimonio dixit: gaudium
vero in Studentibus.



Deus quod unigenitum

quod ex Patre et Filio
simultanea et aequaliter
genitum et coeternum
et consubstantiale Patri
in Persona distinctum
et unum deum
in Unitate personarum
et in diuinitate
sacris
scripturis
certissime
testatur
et
in
Synodo
Constantiensi
anno
MDCCCXCVI
de
claratum
est
et
in
Synodo
Constantiensi
anno
MDCCCXCVI
de
claratum
est
et
in
Synodo
Constantiensi
anno
MDCCCXCVI
de
claratum
est



Carmen

Georgius Sibutus Dari-

pinus, Poeta et Orator Imperatorij manibus
laureatus, astipulatur puella que hesternam luce sum-
mam felicitatem in matrimonio dixit: gaudium
vero in Studentibus.

¶ Hesternam pulchram conspexi luce puellam

Qua vix: ut credo: formosior altera vivit

Illius in vultum quando mea lumina fixi

Ingens e nigris lumen vibrabat ocellis

Illius et tenui luxit carbunculus ore

Et placido niuei micuere sub ordine dentes

Inter quos agiles formavit lingua paratus

Illa rubens teretes sese flectebat in ictus

Nunc risum: faciles nunc et conata cachinnos

Totaq; mellifluis effudit blanda lepores

In nitida molles fuerant ceruice secessus

Qui potus cunctas docuerunt cernere guttas

Srons alta: et roseo luxit decorata nitore

Hinc etiam flavi summo sub vertice crines

Georgii Sibuti

Illius in viridem nexi fulsere coronam
Serica phebeos cingebant fila corymbos
In medio victrix pendebat vertice laurus
Laurus Phocaei vocitata ab Apolline munus
Albus in angusta surgebat veste lacertus
Pomea per nitidum pregnabant vbera pectus
Sub molli tenues monstrabant veste papillas
O vtinam dixi nudus piscator in undis
Auceps aut essem traherem mea retia post te
Hec dixi : quis mea mens abiicerat illam
Peccati labem : canerer ne factus adulter
Per : nam iuro : meos soleo quos scribere versus
Vna mihi placuit : mihi sola placebit in eum
Anna puto gelida vati mihi cognita luna
Illa mee quis viuet pars vltima vite
Hanc tamen in blanda tentavi voce puellam
Quales prestanti gestaret corpore sensus
Cum digito digitus : pectus cum pectore lusit

in Carmen

Verba alterna raras nitido de vertice mentes
Traxerunt: hinc virginæ confessio mentis
Exiit: in nulla fuerat virtute salus hec
Quam dixere Sophi summam splendere salutem
Virtute ut quondam Stoicorum maxima consors
Ipse Epicurus: ait: genus humanum superavit
Arte atque ingenio placuit cui blanda voluptas
Dixerat: et maior crevit sub pectore sensus
Cum fuerat rubeo facies incensa colore
Cumque dedere ictus oculi: mala signa puellis
Ut vetus est dictum: post ictus nempe oculorum
Maxima tunc ferient spumantem fulmina cunum
Hoc ego cum magna vigilans ratione notavi
O utinam dixi tecum documenta Sophorum
Esset et in vera tecum ratione magister
Omnia sacrorum didicit qui munera morum
Atque dei que sunt: et que sunt numina celi
Ex veterum scriptis aliam te vivere vitam

Georgii Sibuti

Instrueret : doctis placuit non blanda voluptas
Illa : deus quando presentem condidit orbem
Non scripsit carmen : fuerant nec in orbe poete
Nulla noui scripsit sinuosa volumina iuris
Non Antonini partes : non densa Sophorum
Aeternum constat scripsisse volumina patrem
Alta nec excelsis struxit gymnasia tectis
Tunc fuerat volucres : sinuoso et in equore pisces
Tunc porcina caro : magna pinguedine vacce
Inq; cibum dederat tunc cuncta animalia nostrum
Nec satis hoc fuerat sed iussit crescere gramen
Et multis virides implevit floribus agros
Hinc magis in toto pecus ut pinguesceret orbe
Montes arboribus : dulciq; o: nauit Jaccho
Cum baccho cererem : de terris semina iussit
Hoc non fecisset : fieret nisi blanda voluptas
Dixerat : et nudo monstrauerat vbera ventre
Hinc etiam tenuem paruo discrimine siluam

in Carmen

Quam vidi : nigre steterat vicina cauerne
Dixerat : hec mecum teneros creuere per annos
Et mihi qui dederat vitam : dedit omnia mecum
Crescere : sed nullos vidi sub pectore libros
Si liber hec presens debet sed carthula dici
Que folijs gaudet duntaxat sola duobus
Inscribit quicumq; velit : sed pollice duro
Hinc opus est : calamo prius est assueta furenti
Cum pater eternus presentem conderet orbem
Inter nos homines aliud discrimen habebas
Cernis defossata mihi : umbrississima vallis
Et tibi collis adest : collem supposito valli
Ipsa decem digitos : digito me vincis in vno
Continuo triplex ostendo labore foramen
Bina tuum corpus longo discrimine monstrat
Hic mihi factus ager : duro signandus aratro
Conforto agricolam tete mox inelite vates
Dixit : et humane laudauit gaudia vite

Georgij Sibuti

Hic est damnatus patrios qui scribere libros
Audebat : vana cepit tentare labores
Ut mea mater : ait : stulti sunt quippe potentes
Plus faciunt ad rem : solvunt veneriq; tributum
Destruitis vestros nitido sub pectore sensus
Arte et doctrina : librorum pessima cura
Cura fuit vobis : nobis malesana voluptas
Dulcius in toto penitus nil viveret orbe
Qui calamus iuvenis forti sub ventre studentis
Aut hominis docti tangit que blanda voluptas
Propterea totum vincit Sargetius orbem
In primis placuit patri cui blanda voluptas
Illa sed est felix qua non felicior illa
Que cupit : et ponit : vult : p virtute : studentis

Adventur rationes et

complebitur carmen sed hec promissioni hec
sterne satisfaciunt.

Carmen

**Ad chilianum equitem
qui dixit musam impe-**
ratoriam semisepultam.

Tempore quo cesar nasum defendat aduncum
Non damnosa meos etas se miscet in annos
Tempore quo diuus cantetur Narmilianus
Non memorans noti morietur musa Sibuti
Tempore quo princeps Frideric⁹ regna gubernet
Semisepulta tui fertur non musa Sibuti

**Ad Dominū Wolfgan-
gū Stelhin Et Domi-
num Joannem Crispum.**

Vos veterum scriptis canitis letos hymeneos
Natura hec dulces pulchra puella iocos
Voluitis ingentes spatioso margine libros
Hec fecit testes vbera dura suos.

Georgij Sibuti


Distichon

Assurgo celos et duco carmina mecum

Se donant schalam carmina scripta meam.

¶ Finit Carmen Georgij Sibuti Im-
pressumq; Lipsiæ per Baccalau-
reum Martinum Lansberg
Herbipolensem Anno
a natali christiano

1507




MA 7c 1820

X2212134







B.I.G.

Farbkarte #13

H. 32

B. m. II



Georgius Sibutus Dari

poeta et Orator Imperatoris manibus
atque astipulatur puella que hesternae luce sum-
ma felicitatem in matrimonio dixit: gaudium
in Studentibus.

